Inscriptio bonorum Tolkemit pro Io. de Baysen.

C. Kazimirus dei grã Rex Poloniae Magnus dux Lithuaniae, Russiae
Prussiaeqz Dns et haeres etc. Significamus tenore pñtium quibus ex-
pedit universis. Quomodo dum ats superioribus temporibus du-
rantibus gwerris in terris nostris Prussiae ad prosecutionem ear-
dem, ac necessitatem non modicam exolutionis stipendariorũ,
octo millia marcarum levium pruthenicalium. apud magnificũ
olim Joannem de Bayssen gubernatorem protunc ipsarum ter-
rarum Prussiae, in mutuum recceperamus et in effectu tuleramus.
Quae quidem octo millia marcarum levium eidem in et super
bonis nris Tolkemithe in terris nris Prussiae et districtu Elbingen.
sitis inscripseramus et assignaverad, verum quia morte dicti
olim Magnifici Joannis de Bayssen sequta, medietas dictarum
pecuniarum vizt quatuor millia marcarum levium ad Magni-
ficum Stiborium de Bayssen Palatinũ Mariemburgen. ac suos
succores tumos successione vera et legitima propinquitate, tanqz
ad fratrem suum germanum cessit et devoluta est, Praefatus
vero Magnificus Stiborius Palatinus Mariemburgen. dicta qua-
tuor millia marcarum levium monetae & numeri prutenica-
lium viginti grossos in quamlibet marcam computañ. Generoso
Joanni de eadem Bayssen Succario Mariemburgen. nato suo le-
gitimo, paterno amore et affectũ, motus, dedit, & donavit, et co-
ram nobis rite et tunc resignavit, nostro consensu pariter et
assẽsu, ad id spealiter acceden. Quae quidem quatuor millia mar-
carum levium ad instantes petitiones dicti Stiborij Palatini Ma-
riemburgen. eidem Generoso Ioanni nato suo in et super bonis
nris Regalibus videlt oppido Tolkemithe ac villis ad illa perti-
nentibus vz. Haselaw, Bauden, et Newdorff una cum sylvis
Wycke et Haselawschen walt, inscripsimus et assignavimus, in-
scribimusqz et assignamus tenore pñtium median per ipsum Ge-
nerosum Joannem Succarium ac suos succores et haeredes legitimos
pdicta bona nra Tolkemithe cum villis & sylvis pdictis ad ea

ex antiquo spectantibus. Necnon omnibus & singulis
fructibus, censibus, redditibus, agrisq; pratis, campis, [illegible]
mericis, lacubus, piscinis, piscaturis, pascuis, allodijs, praedijs,
laboribus, Curijs, aucupationibus, venationibus, mellificijs, mo-
lendinis, et eorum mensuris, caeterisq; vsibus et obuentionibus
qualiter vniuersis ad praefata bona nra Tolkemithe quomodolibet
ex antiquo spectantibus, tenen, haben, vtifruen, pacificeq; et
quiete possiden, tamdiu, quousq; sibi Joanni aut suis successori-
bus per nos aut successores nros praedicta quatuor millia marcarum
leuium vnacum alijs pecunijs aut florenorum summis in ipsis
bonis nris prius inscriptis, fuerint integraliter persoluta. Qui-
bus solutis, possessio dicti oppidi nri Tolkemith, ac villarum
et syluarum ad illud pertinen, ad nos & successores nros de-
uoluatur pleno iure. Quem quidem Joannem de Bayssen vo-
len nra speciali praerogatiua et fauore complecti, promittimus
& damus sibi hanc praerogatiuam, quod nullipiam subditorum
nrorum dabimus eum de praedictis bonis nris Tolkemithe exi-
mere, nisi pro nobis et successoribus nris hanc reseruamus facul-
tatem iuribus nris in omnibus semper saluis. In cuius rei testimonium
Sigillum nrm praesentibus est subappensum. Datum in Castro Marien-
burgk, feria quarta proxima ante festum Sancti Petri ad vincula
1476. Anno Dni Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Sbigneus [illegible] et V[illegible]
manu propria

Consensus regius eximendi villas Conradswalt et Reichenaw, pro Georgio de Baysen.

D. Ioannes albertus Dei gra Rex Poloniae, supremus Dux Lith-
uaniae, Russiae, Prussiaeq; Dns & haeres etc. Significamus tenore
praesentium vniuersis quibus expedit, quia petitionibus permoti Ma-
gnifici Nicolai de Baysen Palatini Mariemborgen nepoti suo